

Michael Cobabus Protas Beselin

**Disputatio III. Analytico-Theologica, Quae est secunda Ex v. 12. Cap: V. Epist: ad Romanos De Modo, Quo Per Unum Hominem Peccatum In Mundum Introit, Cui annexum est Subiectum, In Quod Per Unum Hominem Peccatum Introit, Contra Autorem Exercitat. super v. 12. 13. 14. Cap. V. Epist. D. Pauli ad Romanos; & System: Theolog: de Prae-Adamitarum hypothesi**

Rostochi[i]: Richelius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740012460>

Druck Freier  Zugang



Ru. Neol 1656. 1657.

Cababus, Michael

Disputatio II. III.

Vest 1. Corder, Michael

Vest 2. Berclia, Protagor-



I. N. D. J. C.  
DISPUTATIO III.  
ANALYTICO-THEOLOGICA,

Qvæ est secunda  
Ex v. 12. Cap. V. Epist: ad Romanos  
DE

MODO, QVO PER  
UNUM HOMINEM  
PECCATUM IN MUN-  
DUM INTROIIT,

Cui annexum est  
SUBJECTUM, IN QVOD PER UNUM  
HOMINEM PECCATUM INTROIIT,

Contra

*Autorem Exercitat super v. 12. 13. 14. Cap. V.*

*Epist. D. Pauli ad Romanos; & System: Theolog:  
de Pra-Adamitarum hypothesi,*

*Isaacus  
reijus*

Qvam

Amplissimæ Facultatis Theologicæ consensu  
SUB PRÆSIDIO

DN. MICHAELIS COBABI,

S.S. Theol: Doctoris, & P.P. Dn. Promotoris, Præ-  
ceptoris & Fautoris mei ætatem colendi,


Ad d. 31. Januarii horis antemeridianis in Auditorio Majori  
publicæ eruditorum disquisitioni submitto

PROTASIUS Beselin/ Rostoch.

— \* —

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senatus Typog. 1657.



# CONTRA PRÆ-ADAMITAS.

## Disputatio III. Analytico-Theologica,

Quæ est Secunda

Ex v. 12. Cap. V. Epist. ad Rom.

De Modo, quo per unum Hominem peccatum  
in mundum introiit,

Cui annexum est

Subjectum, in quod per unum hominem  
peccatum introiit.

### §. I.

E Subjecto, cui imputatur justitia Christi sive justitias fidei, egimus in præcedenti Disputatione. Non enim omnes homines esse probavimus, cui justitia Christi imputatur; sed illos dunt taxat, qui credunt in eum, qui justificat impium. A qua sententia tu longissimè aberras. Nam parte i. System. Theol. cap. 8. pag. 284. scribis: *Mors Christi imputata fuit hominibus omnibus, & Christi contaneis & natu ante Christum à temporibus eternis, & illis, qui post Christum nati sunt, nec non in finem seculorum post illa nascentur.* Confunditur igitur Subjectum, cui Mors Christi imputatur i. cum eo, quod est objectivè in intellectu tantum. Nam per omnes homines intelligis non tantum eos, qui revera sunt, fuerunt & futuri sunt, quales sunt omnes Adami posteri, sed etiam alios ab Adamo non descendentes, quales sunt tui Prae Adamitæ, qui quando hoc scripsisti, objectivè tantum fuerunt in tuo intellectu, extra illum verò nunquam fuerunt; neque esse possunt, cum parens omnium sit Adamus. Sicuti enim Noa, uti Philo testatur lib. 2. de Vita Mosis pag. 423. erat autor instaurati humani generis, quando diluvium omnes civitates delevit funditus, inundatis nimiā vi aquarum monti-

Responda  
PROTAS  
Befelin  
Rostochi  
ensi.

montibus etiam celsissimis, & solus Noa una cum familia servatus est, uti idem scribit lib. de nobilit. pag. 574. Ita Adam autor est humani generis simpliciter. Nam ex uno sanguine DEUS fecit omnem genus hominum, ut inhabitarent super universam faciem terrae Actor: 17. v. 26. Cujus autem ille sanguis sit, docet Moses. Quare primus homo dicitur Adamus sine ulla determinatione I. Cor: 15. v. 45. 47. Ipsum itaque lib. Sap. c. 10 v. 1. vocat ~~τον πατερα της~~  
~~ματηρα της~~, primo formatum patrem mundi, ~~πατερα της~~, qui solus est creatus, & Philo loc: cit: primum terrigenam. 2. Cum Subjecto, cui quidem erat imputanda Christi justitia, & imputata fuisset, si in tempore gratiae fide Christum apprehendisset, vel apprehenderet, & Subjecto, eui in tempore gratiae imputatur. Illud sunt impenitentes sive increduli, qui mundi vanitates habent in delitiis, & voluptatis fraude sive blanditiis inducti parum, vel nihil curant, quod filius Dei sanguine suo toti humano generi acquisivit: Hoc vero sunt omnes credentes, qui vel Christo ita adhaerent, ut se ab illo separari non patientur, vel adtempus in tempore gratiae Christo sunt insiti; ut in sanctis impuratur justitia Christi, quando adoptionem filiorum nanciscuntur per lavacrum regenerationis, quando vero multi illorum crescente aetate insidiosis mundi blandimentis capti se dedunt illecebris vitiorum, & promissi Christo in baptismo dati immemores, juxta carnem ambulant & peccato serviunt, Christi justitia ipsis non imputatur, neque imputabitur nisi per salutarem penitentiam ad ipsum revertantur. Nam si justus confisus justitiae suae fecerit iniuriam omnia justae facta ipsius non memorabuntur, sed in iniuriam illae sua, quam facit morietur, Ezech: 33. v. 13.

S. 2. Imputatio igitur mortis CHRISTI, vel justitiae CHRISTI non est universalis, sed restringitur ad illos, qui fide salvificam CHRISTUM apprehendunt. Conceditur quidem, CHRISTUM suffictum esse in locum omnium hominum, & pro omnibus hominibus poenam mortis sustinuisse. Nam ipse peccata mundi sustulit Johan: 1. v. 29. & carnem suam tradidit pro mundi vita Johan: 6. v. 51. Ipsius sanguis propitatio est pro totius mundi

mundi peccatis, 1. Johan: 2. v. 2. Ipse est verus Servator mundi,  
 Johan: 4. v. 42. Inde autem non seqvitur, quod illius mors vel  
 justitia omnibus hominibus indifferenter sit imputata. Nam  
 Deus dilexit mundum, eiq; filium suum unigenitū dedit, ut omnes  
 qvi credunt, habeant vitam æternam Joh: 3. v. 16. Unde Justitia DEI  
 per fidem Jesu Christi venit in omnes & super omnes, qvi credunt  
 in eum, Rom: 3. v. 22. Super qvos igitv non venit justitia Dei per  
 fidem Jesu Christi, illis qvoq; Christi mors non imputatur. Nam  
 credentes sunt Christi membra, & corpus aliquod mysticum, cu-  
 jus caput est Christus, 1. Cor: 12. v. 12. Coloss: 1. v. 18. Hic cum B.  
 Luther ex Comment: in Epist: ad Gal: cap. 2. dicunt: *Quemad-  
 modum attinet adjusiticationem, oportet Christum, & me esse conjuncti-  
 simos, ut ipse in me vivat, & ego in illo. Quia verò in me vivit, ideo  
 quicquid est in me gratia, justitiae, vite, pacis, & salutis est ipsius Christi.*  
*Quemadmodum igitur Subjectum, qvod cum Christo mystice.*  
 Spiritualiter vel gratiōē unitur, non sunt omnes homines (pauci  
 enim verbum Dei serio recipiunt, eiq; sincerè obtemperant; Multi  
 verò verbum contemnunt, negye in regiis nuptiis volunt compa-  
 re). Ità qvoq; Subjectum, cui justitia Christi imputatur, non  
 sunt omnes homines: qvmodo enim illis potest imputari justitia  
 Christi, qvi cum illo spiritualiter non sunt uniti, qvi verbum Dei  
 contemnunt, & perseqvuntur, qvi auditō verbo corda sua contra  
 illud obfirmant, qvi Spiritui Sancto resistunt, qvi in peccatis absqz  
 pénitentiā obstinatē perseverant, neq; in Christum verè cre-  
 dunt: externā saltē specie pietatem præ se ferunt, aut extra  
 Christum aliam justitiae, & salutis viam qværant. Nam si qvis Spi-  
 ritum Christi non habet non est ejus, Rom: 8. v. 9. qvare Aposto-  
 lis Rom: 3. v. 6. distingvit inter illos homines, qvi sunt beati pro-  
 pter imputationem justitiae absq; operibus & non imputationem  
 peccatorum; & illos, qvi non sunt beati propter imputationem  
 peccatorum & non imputationem justitiae absq; operibus, qvæ  
 est justitia fidei vel justitia Christi. Sicuti itaq; non omnes ho-  
 mines sunt beati, ita qvoq; Subjectum, cui justitia Christi impu-  
 tatur, omnes homines esse nequeunt.

60. DISPUT. III. ex v. 12. CAP. 5. EP. AD ROM.

S. 3. Tu verò probas Antecedens Disput. 2. §. 14. propositum: putà qvod Christus imputatus sit omnibus hominibus, & ità argumentaris: Christus similis est Adamo,

E. Christus imputatus est omnibus hominibus.

Antecedens probas ex versu 14. cap. 5. ad Romanos. Ubi Adamus dicitur typus illius, qui futurus erat. Qvam ob causam dicis part: 1. System: Theol: lib. 5. cap. 3. pag. 249. Typi fuere sibi invicem Christus & Adamus vel potius antitypi, & per dissimilitudinem similes. Similes quatenus una eademq; imputationis ratio Christi & Adami. Per dissimilitudinem quatenus Christus imputatus fuit propter iustitiam, Adamus autem propter peccatum, iustitia verò & peccatum dissimilia sunt; & diversa omnino abeunt.

Conseqvens probas ex versu 12. & 18. ejusdem capit. Scribis igitur Exerc: cap. 21. pag. 45. Quemadmodum per illum primum Adamum peccatum, quod erat ex transgressione legis Dei intravit in mundum, & per peccatum mors; ità etiam per hunc secundum Adamum absolutione de peccato illo intravit in mundum, ac per illam absolutionem vita. Qvomodo autem peccatum in mundum intraverit explicas part: 1. System: Theol: lib. 5. cap. 6. pag. 271. dicens: Præcipuus verò finis fuit Christus mysterii illius, quo peccatum Adami imputatum est omnibus hominibus: nimis ut iisdem iustitia Christi, que mors Christi est imputaretur. Et Exerc: cap. 24. pag. 50. Christi obsequium, quo vicem Adami pensavit, imputatum fuit omnibus hominibus prateritis, præsentibus & futuris. Priusq; vam verò respondemus, necesse erit, ut nobis declares, qvidnam intelligatur per illam imputationem, qvā Christi iustitia dicitur imputata omnibus hominibus. Exercit: cap. 1. pag. 2. dicis: Imputationem Christi esse absolutionem de peccato illo Adamico, que iustitia vel justificatio appellatur, & intravit in mundum per unum hominem Deum, qui legi divinae paruit, & piacularis factus est ob culpam illius hominis peccatoris. Ità verò Paulus Apostolus non docet. Ille i. distinguit inter imputationem secundum debitum, & imputationem secundum gratiam, de priori dicit Rom: 4. v. 4. Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. De posteriori v. 5. Ei qui credit in eum,

qvi

qui justificat impium imputatur fides sua ad justitiam. Illa ad mercedem respectum habet, hæc verò illam non respicit, diciturq; propterea imputatio fidei v. 3. 5. quæ distinctio probè notanda est, quando queritur, quænam sit formalis justificationis nostræ causa. Tum enim responderetur, quod forma justificationis veræ consistat in remissione & ablatione peccatorum, atque imputatione justitiae Christi non essentialis, sed quam suâ obedientiâ nobis acquisivit. 2. Dicit v. 6. 7. quod imputatio secundum gratiam vel imputatio fidei sit imputatio justitiae sine operibus, remissio iniuratum, oblectio peccatorum, & non imputatio peccati. Dicitur autem imputatio secundum gratiam vel gratuita, quia gratis justificamur per illius gratiam, per redemptionem, quæ est in CHRISTO JESU Rom: 3. v. 23. Igitur hæcce nostra imputatio non est imaginarius λογισμὸς, vel humani animi imaginatio, quæ frivola esse potest: sed sedem & fundamentum habet in mente ac voluntate divina, quæ est summum rerum omnium principium. Deinde respectum habet sive χειρ ad satisfactionem & obedientiam Christi mediatoris, quæ justitia Dei est undiqueq; satisfactum. Præterea nec ullus alius dari potest justitiae modus, qui in hominibus justicandis locum obtinere queat, uti rectè docet Hutterus Disput: II. in Augustan: Confess: thes: 134. s. & Mentzerus in: sua Exegesi pag: 177. ubi dicit: *Hanc imputationem esse efficacem relationem Dei ex gratuita misericordia. Dei propter Christum credentibus peccata non imputantia, sed imputantis illis justitiam nempe Christi obedientiam, quam pro ipsis prestita est divina legi.*

S. 4. Talis est fidei nostræ vel justitiae Christi imputatio. Tuæ verò imputatio est imaginarius λογισμὸς & frivola humani animi imaginatio. Nostra uti diximus sedem & fundamentum habet in mente & voluntate Dei, tua saltem objective est in tuo intellectu, quemadmodum in illo sunt tui Præ-Adamitæ. Nam ubinam in Scriptura sacra dicitur, quod imputatio Christi sit absolutio de peccato illo Adamico? Annon imputatio justitiae Christi in credentibus est absolutio ab omni peccato, sive illud sit originale si-

ve actuale? Nam sanguis Jesu Christi filii Dei emundat nos non ab uno peccato, sed ab omni peccato. Non enim, sicuti per unum, qui peccaverat, peccatum in mundum introiit, ita quoque donum. Nam iudicium quidem ex uno delicto ad condemnationem, donum autem ex multis delictis ad justificationem Roman: cap. 5. v. 16. Notum igitur sit vobis inquit Apostolus Actor: c. 13. v. 38. Fratres quod per hunc vobis, remissio peccatorum annuntiatur, & ab omnibus, a quibus non potuistis per legem mortis justificari. Ubinam verò legitur, quod absolutio de peccato Adamico per secundum Adamum putà Christum intraverit in mundum, id est, omnibus hominibus imputata? Profecto tu confundis salutis humanæ acquisitionem cum ipsa absolutione. Non enim omnes justificantur vel a peccatis absolvuntur, plerique enim sunt servi peccati, & juxta carnem ambulant. Non itaque licebat argumentari à Subjecto, cui acquisitione est justitia Christi ad Subjectum, cui illa imputatur. Hoc enim comprehendit solos credentes. Illud verò spectat ad omnes homines nemine excepto. Sed cur nullam facis mentionem fidei in definitione imputationis justitiae Christi? Annon hic rursus latet anguis in herba? Nam si dicas imputationem justitiae Christi nec esse, nec fieri posse absq; fide salvifica, tum illa nequivit esse universalis, & sic destruitur tua hypothesis, quia dicas justitiam Christi imputatam esse omnibus hominibus presentibus, præteritis & futuris. Mirum autem est, quod fidei salvifica adeò hic sis oblitus, cum toties scriptura dicat hominem fidei justificari, & a peccatis absolvi: omnesq; Prophetæ, uti Petrus testatur Actor: 10. v. 43. Christo testimonium perhibeant, quod remissionem peccatorum accipiat per nomen ejus, quisquis credit in eum. Conclusit enim Scriptura omnia sub peccatum, ut promissio ex fidei Jesu Christi daretur credentibus Galat: 3. v. 21. Nam fide Pacem habemus apud Deum, fide admittimus ad Dei gratiam Roman: 5. v. 1. 2. Quia divina pace semetipsos indignos reddunt per incredulitatem filii hujus seculi, cum sit impossibile Deo absque fide placere Hebr: 11. v. 6. Placet autem homo Deo, non per fidem alterius, sed per suam fidem. Nam iustus fide sua vivit

vivit Roman: i. v. 17. ei, qvi non operatur, sed credit in eum, qvi iu-  
stificat impium, imputatur fides sua adjustitiam, cap. 4. v. 4. sua  
autem dicitur, non qvashi illam haberet per suas vires; (yobis enī  
donatum est, inquit Paulus Phil: i. v. 29. ut in Christum credatis,  
& cap. 2. v. 13. DEUS est, qvi agit in yobis, & ut velitis & ut effica-  
tis pro bono animi proposito) sed qvia illam habet in corde suo  
per operationem Spiritus Sancti. Nam conversionem hominis  
& fidem salvificam operatur Spiritus Sanctus non vero sine mediis,  
sed ad eam efficiendam uti solet prædicatione, & auscultatione  
verbi divini sicut scriptum est: Evangelium est potentia Dei ad  
salutem omni credenti Rom: i. v. 15 & fides est ex auditu verbi Dei  
Rom: 10. v. 17. Huic verbo adest præsens Spiritus Sanctus, & cor-  
da hominum aperit, ut sicut Lydia in Actis Apostolicis diligenter  
attendant, & ita convertantur sola gratia & virtute Spiritus San-  
cti, cuius unius & solius opus est hominis conversio. Mirum  
qvoque est, qvod scribis: Justitiam Christi vel obsequium Christi impu-  
tatum esse hominibus insciis. Annon Esaias Propheta dicit cap. 53.  
Notitia ejus justificabis multos? Quid autem est notitia Christi  
nisi nosse beneficia Christi, & promissiones, qvas per Evangelium  
sparshit in mundum? Qvorsum opus esset Baptismo, prædicatione  
& auditu verbi divini? Cur Spiritus Sanctus testaretur una cum  
Spiritui nostro, qvod simus filii Dei, & hæredes, hæredes quidem  
Dei, cohæredes autem Christi? Rom: 8. v. 16. 17. qvomodo nobis  
persuasum habere possumus, qvōd neqve mors, neqve vita, neqve  
Angeli &c. nos separabunt à dilectione Dei, qvæ est in Christo Je-  
su Domino nostro? versu 38. 38. Si insciis obsequium Christi im-  
putaretis.

139 b6 sp. 4. Si igitur qværitur, qvomodo fiat justitia Christi impu-  
tatio, ex te qværimus, an non ita sese res habeat, qvōd homo in pec-  
catis prolapsus debeat Deo non tantum pœnam, sed etiam plenam  
legis observationem; Pœnam vero sustinere cum ipsi fuerit intro-  
siderabile, & legem perfecte implere impossibile, Christus & pœnas  
peccatorum nostrorum in sese transtulerit, & perfectam legi obe-  
dientiam præstiterit; qvōd etiam obedientia Christi ratione aliā  
non

non possit fieri nostra, qvam imputatione, qvæ DEUS non omnibus hominibus, sed in Christum credentibus impletionem legis, & persolutionem pœnæ peccatis nostris debita à Christo præstatim imputat, atqve nostram esse judicat, non aliter ac si nosmet ipsi, qvi fide Christum apprehendimus, legem implevissemus, & pœnas peccatis nostris debitas sustinuissemus. Ita Paulus nos docet, dicens: Si per unius delictum mors regnavit per unum: multo magis illi, qvi exuberantiam gratiæ, & doni justitiae accipiunt, per vitam regnabunt autore uno Iesu Christo Roman: 5. v. 17. ubi per vocem λαυτάρων, i. e. accipientes non intelliguntur indifferenter omnes homines, sed credentes, simulq; ostenditur modus, quo participes illi siant justitiae Christi vel gloriæ, qvæ est in Christo. Qvando enim DEUS per verbum Evangelii illis offert Christi justitiam, tūm illi operatione Spiritus Sancti per fidem salvificam accipiunt, sibiq; applicant, & suam faciunt totam. Cum enim justitiae Christi imputatio & peccatorum remissio sit res promissa propter Christum. Igitur non potest accipi nisi fide salvificâ, qvando erigimur fiduciâ missericordia propter Christum. Qvòd ipsum Paulus suâ munit & confirmat disputatione capite quarto ad Romanos. Tu vero Paulum non sequeris, qvia doces lib. 5. c. 5. p. 205. qvòd virtute mystici & imputatione mysticâ justitiæ Christi, vel ipse Christus omnibus hominibus imputetur, qvippe in qvo ratione imputationis mysticæ peccati sunt omnes homines mortui, qvâ ratione putati sunt omnes homines peccavisse in Adamo. Annon hoc est prorsus sepelire fidem salvificam optimum illud Spiritus Sancti donum? Paulus vero contra docet nos habere accessum ad DEUM, hoc est, reconciliationem per Christum, & ut ostenderet qmmodo hoc fiat, addit, qvòd per fidem habemus accessum. Fide igitur propter Christum nobis imputatur Christi justitia, & accipitur peccatorum remissio. Non enim possumus iræ divinæ opponere Christi justitiam, qvam nobis acquisivit, nisi per fidem, qvod etiam omnes Prophetæ testati sunt. Huic enim, inquit Petrus Actor: 10. v. 43. omnes Prophetæ testimoniū perhibent, qvod remissionem peccatorum accepturus sit.

per

## CONTRA PRÆ-ADAMITAS.

65

per nomen ejus, quisquis crediderit in eum. *Gnatus itaque, inquit Augustinus lib. de prædestinatione & gratia cap. 14. p. 642.* O quicunque illuminatus es, & gratiam quam non merobaris agnosce, Dic quicunque ab originali contagio lavacro gratiae gratularis ablatum: misericors & misericordia Dominus & multa misericordie, non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

§. 6. Qibus expositis respondemus ad argumentum th. 3. propos. quod committas Ignorationem Elenchi. Nam Apostolus c. 5. v. 12. 18. respondet ad questionem, utrum Christus pro omnibus hominibus sit mortuus; sive illi in tempore gratiae justificantur, sive in illo non justificantur. Non autem agit in hoc capite de imputatione justitiae fidei, & non imputatione peccati (de ea egerat capite præcedente) sed de imputationis justitiae Christi, & non imputationis peccati effectu, qui est pax erga DEUM, quam habent justificati ex fide per Dominum nostrum Jesum C. per quem admittuntur ad DEI gratiam, quod probat v. 6. Nam Christus, inquit, cum adhuc essemus infirmi, id est, nullas vires haberemus, per quas ad DEUM admitteremur juxta temporis rationem pro impiis mortuus est. Ubi, cum objici poterat, quod (cum 1. pro impiis nemo moriatur, Christus pro impiis non sit mortuus, 2. Paulus dicat: Christum esse mortuum pro justificatis, quando adhuc fuerunt peccatores, infirmi, & impii) ipse non sit mortuus pro omnibus impiis, sed saltem pro illis, qui in tempore gratiae justificantur, respondet ad prius v. 8. 9. 10. 11. ad posterius v. 12. 18. Sicut illud ostendit totius capituli analysis. Vero itaque minimè est consentaneum, Apostolum hic docere, quod Adam transgressio per imputationem mysticam in omnes homines transferit, & Christi mors per similem imputationem quoque imputata sit omnibus hominibus. Quo modo enim Adamus fuerit typus Christi, & quo modo non fuerit Christi typus, ipse Apostolus satis dilucidè exponit, quando obstatulis sive objectionibus, quæ circa Protosin & Apodosin moveri poterant, per Arsin remotis tandem concludit v. 18. Itaque sicuti per unius delictum pec-

K

catum

catum introit in omnes homines ad condemnationem; Ità per unius justitiam donum exuberavit in omnes homines ad justificationem vitæ. Antecedens igitur putà Christus similis est Adamo concedimus. Probationem autem tuam quam §. 3. proposuimus concedere nequimus. Nam quod Apostolus dicit per thesin, tu confundis cum eo, quod dicit per Arsim. Per thesin dicit, quod Adam sit typus Christi & illi similis Christus. Nam quemadmodum ipse aditum patefecit per inobedientiam omnibus hominibus, ut peccatum in illos introierit ad condemnationem, ità Christus omnibus hominibus aditum patefecit per suam justitiam, ut exuberaret in illos ad justificationem vitæ v. 18. Per Arsim dicit, quod non sit typus Christi, neque Christus illi similis, quia peccatum, quod per Adami inobedientiam in mundum introit non est, ut donum, quod in omnes homines exuberat v. 15. neque sicut per unum, qui peccaverat, peccatum in mundum introit, ità & donum exuberat in omnes homines, judicium enim ex uno delicto ad condemnationem, donum autem ex multis, id est, omnibus delictis ad justificationem v. 16.

§. 7. Falsissimum itaque est, quod Adamus & Christus sibi invicem sint similes, quatenus una eademque fuit imputationis ratio. Nam de hujusmodi similitudine, ne verbum habetur in toto capite, immo in tota Scriptura sacra. Nam v. 12. agitur de propagatione peccati originalis, qua unicuique homini per carnalem generationem suum adhaeret peccatum originale, & v. 17. distinguuntur inter doni acquisitionem & applicationem. Negatur autem quod haec sit universalis. Nam qui exuberantiam doni non respuunt, sed accipiunt, sibiique per fidem applicant, illi sunt justificati & per vitam regnabunt auctore uno Iesu Christo. Cum igitur applicatio sive acceptio doni semper conjuncta sit cum imputacione justitiae Christi, & non imputatione peccati; acquisitione autem apud plerosque beneficia Christi responentes sit absque acceptione & applicatione, quae sit per fidem salvificam, imputationis tuae mysticæ ratio, hic nullum invenit locum, & est frivola hominis mortalisi imaginatio. Noli itaque probare consequens & dicere.

Quemad-

Quemadmodum per illum primum Adamum peccatum, quod erat ex transgressione legis DEI, intravit in mundum, & per peccatum mors, ita etiam per hunc secundum Adamum absolutio de peccato illo intravit in mundum. Falsura enim id quod probas, falsa quoque ipsa probatio. Nam 1. per peccatum, quod ex transgressione legis DEI in mundum introit, intelligis nudam inobedientiam Adami, & dicas, illam in omnes homines introisse per imputationem sine peccati originalis propagatione, quod vero, uti probavimus, ab Apostoli mente & intentio est alienum. 2. Confundis acquisitionem absolutionis cum ipsa absolutione & justificatione. Apostolus enim hoc loco non dicit: quod omnes homines de peccato absolvantur & justificantur, sed quod omnibus hominibus per Christum donum sit acquisitum, non vero absolute sed ut mediis, ad id à DEO ordinatis, adhibitis à peccato purgentur & justificantur. Quæ media cùm à plerisque negligantur, absolutione de peccato sit particularis. 3. Restrinxis absolutionem de peccato ad peccatum, quod per Adamum in mundum introit, quod v. 16. ipse Apostolus refutat. Nam judicium quidem, inquit, ex uno delicto ad condemnationem, donum autem ex multis delictis ad justificationem.

§ 8. Hactenus egimus de antecedente, putâ Christus imputatus est omnibus hominibus. Nunc pergitus ad consequens quod est E. Adamus imputatus est omnibus hominibus. Proponi autem illud sicuti antecedens variis modis. Parte 1. Syst. Theol. c. 2. p. 247 scribis: *Imputatum fuit peccatum Adami omnibus hominibus* p. 248. *Imputatus fuit Adamus peccator hominibus*, ut eisdem imputaretur Christus mortuus. p. 249. *Imputari debuit Adamus hominibus*, non naturâ, sed purâ puta divini illius mysterij dispensatione. p. 250. *Adamus imputatus fuit propter peccatum*. *Imputata fuit omnibus hominibus Adami noxa*. p. 254. *Peccatum Adami nihil addidit naturâ hominum peccatrici, præter merum reatum*. c. 4. p. 257. *Factum fuit peccatum Adami, peccatum omnium hominum imputatione & fictione eadem mysterij, quâ intellecti sunt omnes homines, quotquot sunt, & quotquot erunt, fructum ipsum interminatae arboris, propriis manib[us] decerpssisse, momento*

codem, quo Adamus illum rapuit, nec non voravisse eundem omnes, momento eodem, quo Adamus illum gloriit. p. 262. Ex violata lege ab Adamo prodit imputatio legalis reatus Adamici, que pervasit in omnes alios homines. c. 5. p. 264. Homo ille, per quem peccatum intravit in mundum non dubio Adamus est, cuius peccatum, peccatum est totius mundi, peccatum inquam, quod ex transgressione legis toti mundo imputatum est. c. 8. p. 284. Peccatum Adami imputatum fuit omnibus hominibus, & Adami coetaneis, & natis ante Adamum a temporibus eternis, & illis, qui post Adamum nati sunt, nec non in finem usque seculorum nascentur, damnatosq; pariter temporum homines omnium, unum Adami peccatum prestiti. p. 285. Imputatum autem fuisse alterum peccatum Adami hominibus omnibus pro comperto est.

§. 9. Hic cursus queritur, An Consequens, E. Adamus imputatus est omnibus hominibus, sit Enunciatio figurata vel propria. Si respondebis quod sit propria, cur illam resolvis part. I. Syst. c. 2. p. 247. Imputatum fuit peccatum Adami, omnibus hominibus. p. 248. Imputatus fuit Adamus peccator omnibus hominibus. p. 250. Imputatus fuit omnibus hominibus Adaminoxa. p. 254. Peccatum Adamini nihil addidit naturae hominum peccatrici, preter merum reatum. p. 284. Peccatum Adami fuit imputatum omnibus hominibus, & Adami coetaneis, & natis ante Adamum a temporibus eternis, & illis, qui post Adamum nati sunt, nec non in finem usque seculorum nascentur, damnatosq; pariter temporum homines omnium, unum Adami peccatum prestiti. p. 285. Imputatum autem fuisse alterum peccatum Adami hominibus omnibus pro comperto est. An existimas, quod Adamus, Adamus peccator, Peccatum Adami, Adaminoxa, reatus peccati Adamici, alterum Adami peccatum, sint unum & idem. Quod cum dici nequeat. Fieri non potest, ut in una eademq; questione, Subjectum sit Adamus, Adamus peccator, Adami peccatum, reatus peccati Adamici, alterum peccatum Adami. Nam Adamus est Substantia & Ens per se, Adamus peccator est Ens per accidens. Peccatum est accidentis & causa reatus. Reatus est accidentis & effectus peccati. Alterum Adami peccatum dicitur cum respectu. Si igitur in una eademq; Enuntiatione Subjectum non potest esse Substantia, Ens per se, Ens

se, Ens per accidens, Accidens indeterminatum, causa, effectus  
causæ, & accidens determinatum, qvomodo Enuntiationes tuæ  
§. præcedenti propositæ possunt esse veræ? Ut autem responderi  
possit ad certam qvæstionem Status controversiæ recte est forman-  
dus. Non autem qværitur, An Adamus omnibus hominibus sit  
imputatus. Vel Adamus peccator imputatus sit omnibus homi-  
nibus. Vel an alterum peccatum Adami imputatum sit omnibus  
hominibus? Sed an idem numero peccatum qvod Adamus in Pa-  
radyso commisit legem divinam transgrediendo, per nudam im-  
putationem sit omnium hominum peccatum originale. Hoc  
nos negamus: Tu vero affirmas, & ita argumentaris.

Adamus similis est Christo.

E. Adamus imputatus est omnibus hominibus.

Respondemus qvōd Conseqvens debeat esse. E. Idem numerus  
peccatum, qvōd Adamus in Paradyso legem divinam transgredi-  
endo commisit per nudam imputationem factum est peccatum  
originale omnium hominum. Tu vero probas 1. Antecedens,  
z. Conseqvens.

S. 10. Antecedens probas part. 1. Syst. Theol. I. 5. c. 3. p. 249.  
ubi dicens, qvōd typi fuere sibi invicem Christus & Adamus vel potius  
Antitypi. Conseq. probas Exerc. c. 1. p. 2. ubi perpetuam antichesin vi-  
gere, dicens, inter Adamum & Christum, & Exerc. c. 8. p. 19. ubi docees,  
qvōd convertatur reciprocatio imputationis ex peccato Adami cum impu-  
tatione absolutionis in Christo, scribis itaque c. 24. p. 49. Adamus mysti-  
cam induit personam mundi totius & omnium hominum. Cui Adamo  
tanquam Syndico, & defensori rerum omnium creatarum significata Lex  
Dei, censeretur significata toti mundo & omnibus hominibus. Quam le-  
gem si violaret nomine illo, quod proferebat, & quo referebat creatio-  
nem universam, imputaretur illi homini & omnibus hominibus, & toti  
mundo. Part. 1. Syst. I. 5. c. 4. p. 256. Deus occulta quadam ratione, &  
minibili mysterio hominibus omnibus imputavit, quod unus homo peccavit,  
quodq; universa natura generis humani in uno homine extitit; non vere  
& propriè sed mystice, & quadam veluti juris fictione. pag. 257. Factum  
fuit peccatum Adami peccatum omnium hominum imputatione & juris-  
fictione.

70 Disp. III. ex v. 12. Cap. 5. Ep. Ad Rom.

fictione. Sed quānam est hæcce probatio? Nam si quāritur, qvōmodo probetur, qvōd Christus imputatus sit omnibus hominibus, respondes, qvia Adamus ēst imputatus omnibus hominibus. Si porrō quāritur, qvemodo probetur, qvōd Adamus imputatus sit omnibus hominibus, respondes, qvia Christus imputatus est omnibus hominibus. An itā licitum erat argumentari ex nudā & falsissima hypothesi, qva prāsupponis tanq̄am certissimum & infallibile nobisq; & Scripturæ Sacræ non incognitum: Christum imputatum esse omnibus hominibus, & Adamum imputatum esse omnibus. Annon turpe est itā principium petere, & sine principio certare, absurdamq; sententiam velle defendere. Noli secundum proprii ingenii intelligentiam incorruptam Dei veritatem adulterare & venenosa tua virgulta fructibus Ecclesiæ orthodoxæ inserere. Extiterunt qvidem perplures, qvi cœlestium verborum simplicitatem, pro voluntatis suæ sensu aliter interpretati sunt, qvam verborum virtus postularat. Tantum autem sibi nemo tribuit. Annon ad legem & testimoniā omnia debebant referri? Nam ex autoritate Scripturæ est maximè proprium Theologiæ, eo qvōd principia ejus ex revelatione habentur, ut credatur auctorati eorum, qvibus revelatio facta est. Inititur enim fides nostra revelationi Prophetis & Apostolis factæ. Tuam itaq̄e revelationem, qvippe qvæ in Scripturis Prophetarum & Apostolorum non est fundata, qvis non rejiceret? Sunt qvidem in Scripturis diuinis, qvæ possunt trahi ad eum sensum, qvem sibi unusqvisque sponte prāsumpsit, sed fieri id non oportebat. Qvicqvid enim incorrupta Dei veritas loquitur, incorruptum maneat testimonium necesse est. Ne itaq̄e nimium tribuas tuis hypothesisibus, imitari incipias eum, qvi qvotidie ad Deum ita ingemiscebatur: Domine da mihi nosse te & me.

§. II. Sed forsitan respondebis, qvōd non sine Scripturā loquaris, tuaq; sententia de imputatione peccati Adamici satis probetur cap. 5. Epist. ad Rom. Videamus igitur tuas probationes. Qvod autem Adamus similis sit Christo, probas, qvia typi sibi invicem fuere Christus & Adamus, si itaq̄e conceditur, Christum similem.

## CONTRA PRÆ-ADAMITAS.

71

similem esse Adamo, concedendum quoque erit Adamum similem  
esse Christo. Sed quomodo probabis, quod i. Christus sit typus  
Adami? Apostolus illud non dicit. Ipse docet, quod Adamus sit  
typus Christi v. 14. Si igitur de Adamo dicitur quod sit typus Chri-  
sti, quomodo de Christo dici potest, quod ipse sit typus Adami.  
Sicut enim de correlato non dicitur quod sit relatum, ita quoque  
de Christo dici non debebat, quod sit typus Adami, quia Aposto-  
lus expressè dicit, quod Adamus sit typus Christi. **E** Adamus simi-  
lis sit Christo. Conceditur quidem quod 2. typus hoc loco deno-  
tet similitudinem, quae est inter Adamum & Christum, sicut illud  
docet comparatio, quam instituit Apostolus v. 12. & 18. inter Ada-  
mum & Christum. Non autem probabis Apostolum dicere, quod  
Adamus similis sit Christo, quia (a) Adamus est typus, typus autem  
non est id, quod alicui dicitur esse simile, sed cui aliquid est simile.  
(b) Adamus est in Protafisi, Christus vero est in Apodosi, quod ostendunt  
v. 12, 18. Quemadmodum igitur Sol non dicitur similis Chri-  
sto, Luna similis Ecclesiae, Flos similis Homini, Semen simile Ver-  
bo Dei &c. Sed Christus similis Soli, Ecclesia similis Lunæ, Ho-  
mo similis Flori, Verbum Dei simile Semini, quia Sol, Luna, Flos,  
Semen sunt in Protafisi, Christus vero, Ecclesia, Homo, Verbum  
Dei sunt in Apodosi, ita quoque Adamus hoc loco non Christo di-  
citur esse similis, sed Christus similis esse dicitur Adamo. Falsum  
igitur est, quod Adamus & Christus sibi invicem typi fuere vel  
potius antitypi.

§. 12. Quod probationem consequentis attinet, nunquam  
probabis, quod (1) perpetua Antithesis sit inter Adamum & Chri-  
stum. Si enim similia convenient in uno tertio, quo modo hic  
potest esse perpetua Antithesis. Annon Paulus dicit, Quemad-  
modum per unius delictum peccatum introiit in mundum sive in  
omnes homines ad condemnationem, ita & per unius justitiam  
donum exuberat in omnes homines ad justificationem vitæ? Quæ  
similitudo ostendit, quod Adamus & Christus convenient in uno  
tertio, quod sunt omnes homines. Nam ab Adamo propagatur na-  
tura rea, vitiosa & morti obnoxia in omnes homines carnali ge-  
neratione.

eratione. A Christo vero acquiritur donum sive reconciliatio omnibus, qui propter transgressionem Adami in peccatis nascuntur, vel rei sunt, & peccatum originis habent. Hæc autem reconciliatio non propagatur generatione carnali, sed fide accipitur sicut scriptum Joh. 1, 12. dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomen ipsius. Si igitur peccatum originale est universale, & pena peccati originalis universalis, sequitur beneficia Christi esse universalia. Nam per delictum Adæ, inquit Origenes super h. l. volut aditus quidam datus est, quo in omnes homines vel peccatum vel mors peccati vel condemnatio perveniret. E contrario Ergo Christus aditum justificationis aperuit. Et Autor commentariorum in Ep. Pauli. Quemadmodum Adam unus peccavit in omnibus, ita unus Christus filius Dei peccatum vicit in omnibus. Consistit itaque similitudo quæ est inter Adamum & Christum h. l. in latitudine Subjecti, in quod per Adamum peccatum originale est propagatum, & cui Christus meruit reconciliationem, vel pro quo Christus mortuus est. Quod etiam docet Scopus vel dispositio ipsius textus. Et testatur Augustinus super h. l. ita scribens: Post explicatas autem has differentias reddit Apostolus ad formam unde cuperat, cuius ordinem suspenderat, cum diceret: Sicut enim per unum hominem peccatum intravit in mundum & per peccatum mors: ad quod nunc reddit, cum dicit. Itaque sicut per unius delictum in omnes ad condemnationem; ita per unius justificationem in omnes homines ad justificationem vita. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. Ita & per unius obedientiam justi constituti sunt multi. Hæc est forma futuri Adam, de qua superiori loqui capent, & ejus aliquas differentias interponens distulerat ordinem, ad quem nunc redeundo conclusit dicens: Itaque sicut per unius delictum in omnes homines & cetera.

(2) Convertatur reciproceatio imputationis ex peccato Adami cum imputatione absolutionis in Christo, quia probavimus, quod (a) imputatio justitiae Christi non sit universalis, sed particularis, quia Subjectum, cui Justitia Christi imputatur sunt credentes, qui non sunt omnes homines, sed illi duntaxat, qui per fidem salvificam Christo sunt insiti. Quod etiam docet August. lib. i. de peccatorum

catorum meritis c. 28. p. 837. Nec ita dictum est omnes velut quicunque nascuntur in carne peccati, iidem ipsi omnes mundari intelligentur per carnem similem carni peccati. Non enim omnium est fides. Nam qui non operatur, sed credit in eum, qui iustificat impium imputatur fides sua ad iustitiam Rom. 4, 5. (3) Peccatum originale non introierit in mundum, id est, in omnes homines per nudam impurificationem transgressionis vel in obedientia Adami, quod recte declarat Egid. Hunnius q. q. ad Genes. 3. p. 100. An autem posteri nibilominus damnati fuissent propter illicitum eorum seu transgressionem Ade, si maxime in ipsis vitium peccati non fuisset propagatum? Nequaquam. Nam reatus peccati in persona, qua censetur rea vitium proprium infallibiliter presupponit. Est enim hac certissima sententia præsentim aeterna damnationis respectu, quod filius non portet iniuriam Patris sui Ezech. 18. Si nimis filius vitio proprio peccati careat. Alias si dicas, posterie Ade, si maxime ratione naturæ sua essent puri, nibilominus ideo damnationi obnoxios esse, quia sunt posteri illius lapsi Adami: tum ad ipsum Christum reatus transgressionis Ade pertineret. Nam Christus ab Adamo descendit, ejusq; secundum carnem filius est, sic us Luc. 3. Genealogia Christi retro ad Adamum dicitur. Qvare falsum est, quod similitudo illa, quia Christus similis est Adamo consistat in mysterio impurificationis. Quod enim non est, per illud quoque Adamus non potest dici typus Christi.

§. 13. Hactenus egimus de primo modo, quo peccatum in mundum non introiit, sequitur secundus modus, qui est Pelagianorum. De horum sententia scribit Augustinus tom. 7. part. 2. lib. 2. contra Pelag. & Cœlest. c. 14. Quid enim ad rem de qua nunc agimus pertinet, quod discipulis suis respondet, Ideo se illa objecta damnasse, quia & ipse dicit, non tantum primo homini. Sed etiam humano generi illud obfuisse peccatum non propagatione sed exemplo, id est, non quod ex illo traxerint aliquod vitium, qui ex illo propagati sunt, sed quod eum primum peccantem imitati sunt omnes, qui postea peccaverunt. Hic verò Pelagianorum modus convenit hujus Enuntiationis: Per unum hominem peccatum introiit in mundum, neque integro prædicatori, neque ejus parti putà Subjecto, in quod introiit, neque subseqventibus

quentibus Enuntiationibus, neque aliis Scripturæ dictis, neque sanctorum Patrum & orthodoxorum Theologorum fidei. Pradicatio non convenit, quia aliud est per unum hominem in mundum introire, & aliud est hominis peccantis exemplum imitari, quod August. ex ipso contextu declarat lib. i. de peccatorum meritis c. ii. 12. p. 812. Verum illud diligentius intuere, quod ait, ob unius delictum multos mortuos, cur enim ob unius illius, & non potius ob delicta sua propria, si hoc loco intelligenda est imitatio, non propagatio? Sed attende quod sequitur, Et non sicut per unum peccantem, ita est & dominum. Nam judicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem. Nunc dicant, ubi locum habeat in his verbis imitatio. Ex uno, inquit, in condemnationem: quo uno nisi delicto? Hoc enim explanat cum adjungit: Gratia autem ex multis delictis in justificationem, cur ergo judicium ex uno delicto in condemnationem, gratia verò ex multis delictis in justificationem? Nonne si nullum est originale delictum, non solum ad justificationem gratia, sed etiam judicium ad condemnationem ex multis delictis homines dicit? Neque enim gratia multa delicta donat, & non etiam judicium multa delicta condemnat. Aut si propterea ex uno delicto in condemnationem ducuntur, quia omnia delicta, qua condamnantur, ex illius unius imitatione commissa sunt, eadem causa est, cur ex uno delicto etiam ad justificationem duci intelligantur, quia omnia delicta, quae justificantur restituntur, ex illius unius imitatione commissa sunt. Sed hoc videlicet non intelligebat Apostolus, cum dicebat, judicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia verò ex multis delictis in justificationem? Imò verò nos intelligamus Apostolum, & videamus ideo dictum judicium ex uno delicto in condemnationem, quia sufficeret ad condemnationem, etiam si non esset in hominibus nisi originale peccatum. Quarevis enim condemnatione gravior sit eorum, qui originali decreto etiam propria conjunxerunt, & tanto singularis gravior quanto gravius quique peccavit, tamen etiam illud solum, quod originaliter traxit est, non tantum à Regno Dei separat, quo parvulos sine accepta Christi gratia defunctos intrare non posse, illi ipsi etiam consententur verum, & à salute ac vita aeterna facit alienos, que nulla alia esse potest præter regnum Dei quo sola Christi Societas introducit. Ac

per

## CONTRA PRÆ-ADAMITAS.

75

per hoc ab Adamo in quo omnes peccavimus non omnia nostra peccata sed tantum originale traducimus: à Christo verò in quo omnes justificamur non illius tantum originalis, sed etiam ceterorum quæ ipsi addidimus peccatorum remissionem consequimur. Nam judicium quidem ex uno delicto, si non remittitur, id est, Originali conderatione jam potest ducere: gratia verò ex multis delictis remissis, hoc est, non solum illo originali, verum etiam omnibus ceteris ad justificationem perducit.

§. 14. Subiecto, in qvō introit non convenit, qvia illud non sunt qvidam homines, sed mundus, id est, omnes homines, ubi nemo excipitur nisi Dominus noster Jesus Christus, qvōd August. declarat lib. 2. de peccatorum meritis c. 29 p. 877. 878. Quia cū itā sint, ex qvō per unum hominem peccatum introiit in mundum, & per peccatum mors, & itā in omnes homines pertransiit usque in finem carinalis generationis, & corruptibilis seculi, cujus filij generant & generantur nullo existente homine, de qvō in hāc vita veraciter dici possit, qvōd nullus habeat omnino peccatum, excepto uno Mediatore, qui nos Creatori nostro reconciliat per remissionem peccatorum. Subsequentibus Enuntiationibus non convenit, qvia i. effectus peccati originalis est universalis, communis omnibus hominibus, etiam illis, qui per ætatem Adamum ex prælectione peccantem nondum possunt imitari. Nam mors per peccatum in omnes homines pervalit: Ad illos omnes etiam pertinent infantes, Adamum peccantem nondum imitantes, qvia illi æquè sunt homines ac Adamus, illiq; omnes, qui peccant ex *τέρασθε*. 2. Omnes peccarunt; Qvām circumspetè, qvām prōptiè, qvām sīae ambiguitate hoc dictum est: qvis itaque diceret, per omnes intelligi, qui Adamum peccantem imitati sunt, qvia non omnes, sed qvidam Adamum peccantem imitantur? Aliis Scripturæ locis non convenit. Quid enim apertius tot tantisq; testimoniiis divinorum eloquiorum, è qvibus dilucidissimè appareat, peccatum originale per propagationem, non verò per imitationem transmitti ad posteros, nec præter Christi societatem ad vitam salutemq; æternam posse qvenquam hominum pervenire, nec divino judicio posse aliquem injustè damnari. Sed de illis Scripturæ locis in sequentibus.

L 2

§. 15. San-

§. 15. *Sanctorum Patrum & Orthodoxorum Ecclesiae Doctorum fidēi non convenit.* Hi enim peccatum originale unius hominis imitatione in mundum introiisse negant. Si enim Apostolus ait optimè Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis, c. 9. p. 809. Peccatum illud commemorare voluisset, quod in hunc mundum non propagatione, sed imitatione intraverit, ejus Principem non Adam, sed Diabolum diceret, de quo scriptum est, ab initio Diabolus peccat, de quo etiam legitur in libro sapientie: *Invidia autem Diaboli mors intravit in orbem ter- varum.* Non quoniam ista mors à Diabolo venit in omnes homines, non quod ab illo fuerint propagati, sed quod eum fuerint imitati, continuo subjunxit, imitantur autem eum, qui sunt ex parte ejus. Prinde Apostolus, cum illud peccatum ac mortem commemoraret, que ab uno in omnes propagatione transisset, cum Principem posuit, à quo propagationis generis humani sumpfit exordium. Imitantur quidem Adam, quorūq; per inobedientiam transgrediuntur mandatum Dei, sed aliud est, quod exemplum est voluntate peccantibus, aliud est, quod origo est cum peccato nascientibus. & lib. 2. de nuptiis & concupisce ad Valerium c. 37. p. 159. Sed per unum hominem, inquit Apostolus, peccatum in mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransit, in quo omnes peccaverunt. Quod isti si catholicis auribus mentibusq; proponerent, adversus fidem gratiamq; Christi rebelles animos non haberent, neque conarentur inaniter ad suum proprium & hereticum sensum hac apostolica verba tam allucida, & tam manifesta convertere afferentes hoc ideo dictum esse, quod Adam peccaverit primum, in quo de cetero quisquā peccare voluerit, peccandi inventum exemplum, ut peccatum scil. non generatione ab illo uno in omnes homines sed illius unius imitatione hauriverit. Cum profectō si Apostolus hic imitationem intelligi voluisset, non per unum hominem, sed per Diabolum potius in hunc mundum peccatum intrasse, & per omnes homines pertransisse dixisset. De Diabolo quippe scriptum est Sap. 2. Imitantur autem eum, qui sunt ex parte ipsius, sed ideo per unum hominem dixit, à quo genemtio usique hominum caput, ut per generationem doceret esse per omnes originale peccatum. Plura testimonia hoc loco proferamus non est necesse. Nam Pelagianis & Anabaptistis illa hoc loco opponuntur, q;orum vero partes tu non agis.

§. 16. Ter-

§. 16. Tertius modus est, qvo peccatum originale per carnalem generationem propagatur, & transmittitur in omnes Adami posteritos. Hic modus verus est, & convenit hujus Enuntiationis Peccatum per unum hominem in mundum introit. 1. Prædicato, 2. Subsequentibus ehuntiationibus, 3. aliis Scriptura dictis, 4. Sanctorum Patrum & orthodoxorum Theologorum testimoniis. Prædicato convenit, qvia per unum hominem in mundum introire, est, uti Augustinus illud explicat lib. 2. de peccatorum meritis c. 29 p. 878. In omnes homines pertransire usque ad finem carnales hujus generationis & corruptibili secuti, cujus filii generant & generantur. Non itaque unum numero est peccatum originale, sed unum specie, qvod pro diversitate Subjectorum multiplicatur, & est formaliter, inhaesivè & intrinsecè in omnibus hominibus, qvi per carnalem generationem nascuntur, & in hunc mundum veniunt. Nam Omnes dicit August. lib. 1. de peccatorum meritis c. 28. p. 837. Pertinentes ad generationem concubitus carnalis, non nascuntur nisi in carne peccati. Per unum hominem autem putat Adamum remotè & mediatè, proxime vero & immediatè ab unoqvoque Parentum nostrorum traducunt & propagatur peccatum. Nam concupiscentia, secundum qvod est in Patre, est causa originalis peccati, qvod est in filio. Quemadmodum enim Adam, transgressione in Paradiso facta, genuit Filium ad imaginem suam; ita homo peccator per peccatum originale depravatus, non alium generat, qvam hominem corruptum & depravatum. Sicuti igitur generatio est medium, per qvod à parentibus nostrum esse habemus; ita una cum natura (sicuti nostra confessio loquitur) qvam Deus etiamnum in hominibus efficit, peccatum originale per carnalem conceptionem & nativitatem à Patre & Matre (ex semine per peccatum corrupto) propagatur, unde Aug. de concubitu proles nascitur trahens originale peccatum, vitio propagante vitium, Deo creante naturam. Quemadmodum enim ex radice corrupta germina, & fructus nascuntur pravi & corrupti, ex impuro fonte sordidi promanant rivuli; ex parentibus leprosis liberi generantur leprosi; ita ex primis parentibus peccato corruptis & depravatis nascuntur omnes

posteri per peccatum corrupti & depravati. Nam una est caro peccati, ait Aug. in qua omnes ad damnationem nascuntur. Qued etiam docet Paulus Apostolus dicens: Et sic mors in omnes homines pervasit; id est, sicuti peccatum in omnes homines introiit, ita quod peccati originalis effectus omnes homines pervasit, pertransiit, & nullum intactum & incorruptum reliquit, quia omnes peccarunt, ubi series orationis videtur postulare, ut Philippus ait super hunc locum, ut εφ. 2. expopatur non de persona, sed pro particula causaliter connectente sententias: omnes sunt obnoxii morti, quia omnes sunt rei, omnes peccarunt, & destituuntur gloria Dei Rom. 3, 23 omnes peccatum habent. Necesse autem est haec intelligi de peccato originali. Nam si tantum propter actualia peccata damnarentur, non posset dici omnes reos esse, omnes peccasse, omnes peccatum habere. De infantibus enim dici nequit, quod vera delicta actualia habeant, Unde fit consequens, ait Aug. lib. 3. de peccatorum meritis c. 4 p. 889. ut quoniam nihil agitur aliud cum parvuli baptizantur, nisi ut incorporentur Ecclesia, item, Christi corpori membris, sicutur, manifestum sit, eos ad damnationem nisi hoc eis collatum fuerit, pertinere, non autem damnari possent, si peccatum utique non haberent. Hoc quia illa etas nullum in vita propria contrahere possunt, restat intelligere, vel si hoc nondum possumus saltem credere, trahere parvulos originale peccatum. Quod igitur erant in futura propagine, & vita unius hominis continebat, quando hi, qui ea propagata portarent, nondum erant; Nunc carnali generatione iam eorum sunt, qui a parentibus peccato corrupti, corrupti & depravati sunt nati.

§. 17. Aliis Scripturae dictis convenit. Illa enim luculenter testantur, peccatum originale in omnes homines transmitti & propagari. Naturam enim sumus filii irae sicut & reliqui Eph. 2, 3. ubi Apostolus docet, nullam differentiam esse inter gentes & Iudeos ratione carnalis generationis, quod peccatum originale propagatur. Falsum igitur est quod scribis part. i. Syst. Theol. lib. 2. c. 9. p. 90. Ephesios gentiles vocavit filios ire. D. Paulus Ephesiorum 2. & se gentilibus permisicuit genitium Apostolus, quando dixit: Et nos eramus naturam filii ire: Gentiles natura sunt filii ire: Sive illos creantur

enim

onis prime filios concipimus, quam Deus fecidit, sive eodem reputamus Iudeis oppositos. Nam v. 1. & 2. alloquitur Apostolus gentiles, quales erant Ephesii, ut ipsis ostendat, quod infecti sint peccato originali & actuali. v. 3. convertit se ad Judæos, ut eos quoque doceat, quod æquè sint contaminati peccato originali & actuali atque gentiles. Nam inter quos, inquit, & nos omnes conversabamur aliquando in concupiscentiis carnis nostræ facientes, quæ carni & menti libebant; & eramus naturâ filii iræ quemadmodum & ceteri. Ubi Apostolus ex esse tu probat, quod etiam Judæi omnes naturâ, id est, per carnalem generationem sint filii iræ, id est, rei seu damnati. Absit itaque, ut statuamus, solos gentiles hic vocari filios iræ, sive illos creationis primæ filios concipias, sive eodem reputes Judæis oppositos. Nam sicuti creatio illa prima, nulla est, ita quoque nulla est oppositio gentilium & Judæorum ratione generationis carnis, quâ omnes in peccatis nascuntur. Quemadmodum enim David sine hyperbole suum deplorabat peccatum & confitebatur: Ecce in iniqvitate conceptus sum, & in peccato conceperim mater mea Psal. 51. Ita omnes homines sive sint gentiles sive Judæi confiteri coguntur sine hyperbole, quod ex immundo semine in utero formati sint Job. 14, 4. Nam quod ex carne natum est, caro est, Joh. 3, 6. Unde cogitatio cordis humani est duntaxat mala omni tempore, & hominis cogitatio mala est ab ipsis pueritia vel infantia, Gen. 6, 5. c. 8, 21. Ubiverba sunt magis illustria in Hebraica lectione: figuratum vel opificium humani cordis, seu fabricatio est mala, id est, massa ipsa cordis corrupta, aut omnes motus seu impetus sunt res malæ, id est, aversæ à Deo. De pravitate autem originali agitur hic non absolute, quod à parentibus trahitur, sed prout actualibus peccatis indies cumulatis magis magisq; crescit. Neque hic excipitur Noah cum suis filiis, nam huic dicebatur post diluvium, quod hominis cogitatio mala esset ab ipsis pueritia. Etsi enim in credentibus hoc malum originale non est regnans & vividum; nemo tamen est, in quo illud non habet. Nam omnes peccarunt, & destituuntur gloria Dei Rom. 3. Nisi igitur quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu,

ritu, non potest introire in Regnum Dei. Ac per hoc scribit Aug. l. c. Si ambigui aliquid habent verba Apostolica, quibus dicit: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransit, possuntque duci transferri ergo in aliam sententiam. Nunquid & illud ambiguum est, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu non potest introire in Regnum Dei? Nunquid & illud vocabis nomen ejus Jesum; Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis illorum? Nunquid etiam illud. Quia non est opus sanis Medicus sed agrotantibus: hoc est, qui non est necessarius Jesus eis, qui non habent peccatum, sed eis, qui salvandi sunt a peccato? Nunquid etiam illud, quia nisi manducaverint homines carnem ejus, hoc est, participes fuerint facti corporis ejus non habebunt vitam? His atque hujusmodi aliis, quae nunc prætereo, testimonius divinâ luce clarissimis divinâ autoritate certissimum nonne veritas sine ullâ ambiguitate proclamat, non solum in Regnum Dei non baptizatos populos intrare non posse, sed nec vitam eternam posse habere præter Christi corpus, cui ut incorporentur Sacramento Baptismatis imbuuntur? Nonne veritas sine ullâ dubitatione testatur, eos non ob aliud ad Jesum, hoc est, ad Salvatorem & Medicum Christum plus gestantium manibus ferri, nisi ut per medicinam Sacramentorum ejus possint a peccati peste sanari.

§. 18. Sanctorum Patrum & orthodoxorum Theologorum testimonio non convenit. Tertullianus lib. de testimonio animæ aduersus gentiles cap. 3. ait: Per Satanam homo a primordio circumventus, ut praeciput Dei excederet, & propterea in mortem datus, exinde totum genus de suo semine infectum, sue etiam damnationis traducem fecit, & lib. de anima cap. 40. Omnis anima eousque in Adam censetur, donec in Christo recenseatur: tamdiu immunda, quamdiu recenseatur. Peccatrix autem quia immunda. Origenes homil. 8. in Levitic. p. 144. Sed & ille ipse, qui nascitur, sive virilis sive feminini sexus, pronunciat de eo Scriptura, quod non sit mundus a sorde, etiam si unius dei sit vita ejus. pag. seq. Quod si quaece audire, quod etiam alij Sancti de ista nativitate senserint audi David dicentem: In iniquitatibus, inquit, conceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea, offendens, quod quecumque anima in carne nascitur, iniquitatis & peccati sorde polluitur:

polluitur: & propterea dictum esse illud, quod jam superius memora-  
ravimus: quia nemo mundus à forde, nec si unius dei sit vita eis.  
Cyprianus lib. 3. Ep 8. ad Fidum. Infans recens natus nihil peccavit,  
nisi quodd secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis an-  
tique primâ nativitate contraxit. Ambrosius in Apologia David c. II.  
Antequam nascimur, maculamur contagio; & in fine ejusdem capititis.  
Merito ergo David flebiliter in se deploravit ipsa inquinamenta naturæ.  
Plura Patrum testimonia commemorat Augustinus lib. I. contra  
Julianum Pelag. c. 2. ubi citat Irenæum, Cyprianum, Reticium,  
Olympium, Hilarium, Ambrosium, Innocentium, Gregorium,  
Basilium, Johannem Episcopum, Hieronymum. De hoc scribit  
I. c. Nec sanctum Hieronymum, quia Presbyter fuit, contempnendum ar-  
bitreris, qui Greco & Latino, insuper & Hebreo eruditus eloquio ex occi-  
dentali ad orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis atque in literis  
sacris, usque ad decrepitam vixit etatem. Hic omnes vel pene omnes, qui  
ante illum ex utriusque parte orbis de doctrina Ecclesiastica scripserant, le-  
git, nec aliam de hac re tenuit promptissimam sententiam. Quæ sanctorum  
Virorum testimonia, sicuti sunt opposita Juliano Pelagio asserenti,  
quod peccatum in mundum introisset per imitationem, ita quo-  
que tibi opponi possunt, cum neges, quod peccatum originale de-  
rivetur in omnes homines per carnalem generationem: quod verò  
illorum aliorumq; venerabilis consensus testatur atq; confirmat.

S. 19. Qvibus expositis, manifestum est, magnam differentiam esse inter inobedientiam Adami, qvæ legem sibi à Deo latam in  
Paradiso transgressus est, & peccatum, quod per illam inobedientiam in omnes homines introiit. Differunt enim 1. Specie, qvia in-  
obedientia illa Adami, est peccatum actuale vel peccatum pri-  
mum. Peccatum autem, quod per illam inobedientiam in mun-  
dum introiit est peccatum originale & ex primo ortum. Nam pec-  
carum heminis primum, uti Menzerus bene docet, est transgressio  
divinae legis in Paradiso facta per Satane deceptionem, Gen. 3. Peccatum  
ortum est, cum ipsa natura pravitas in protoplastis, & omnibus posteris la-  
psum consecuta, cum quævis actio contra legem Dei. 2. Transgressio  
Adæ actualis non multiplicatur (nemo enim posteriorum Adaml  
ipso actu & formaliter comedit fructum vetitum) neque intrinsecè

M

vel

vel in hæsive est in omnibus hominibus. Peccatum autem quod in mundum introit multiplicatur, & formaliter est in omnibus hominibus. Nam aliud peccatum originale numericè est in Parente, aliud numericè in Filio; idem autem specificè in omnibus. 3. Adami actualis transgressio non est viriositas inhærens vel habitus corruptivus. Peccatum v. originale est vitiosa qualitas, vel naturæ humanæ originali justitiæ spoliata pravitas, est habitus corruptivus & permanens, quam suâ transgressione ita contraxit primus homo, ut per carnalem generationem propagetur, & transmittatur ad omnes posteros. Falsissimum itaque est quod scribis Exerc. c. 24. p. 48. *Vitium imputationis sive imputatio ipsa peccati Adamici, que purè est intellectus, emanavit à transgressione legis, quam Adamus violavit, nullà adhibitâ generatione quatenus intelligitur transgressio Adami mysticè effusa in illa omnia, quæ imputationi Adami cœ subjacebant,* parte i. Syst. c. 4. p. 256. quod fictione mysterij peccatum originale idem numero sit cum peccato unius Adami.

§. 20. Hactenus egimus de modo, quo peccatum per unum hominem in mundum introit. Sequitur *Subjectum*, in quod per unum hominem peccatum introit. Illud est mundus sive omnes homines. Si queritur, quidnam per mundum s. omnes homines hic intelligantur, aliter respondent Pelagiani, hotianiani, Anabaptistæ & aliji, aliter tu respondes, aliter sancta Ecclesia Catholica. Quid illi hic sentiant, non est ut prolixè referamus. Tu vero respondes, quod per mundum sive omnes homines intelligendi sunt, non tantum omnes Adami posteri; sed etiam illi omnes, qui cum ipsis Adami temporibus in universo terrestri superficie ambitu per omnes terræ zonas, & climata habitarunt, tum ante Adamum à longissimis retro temporibus, & seculis infinitis Regionum & Insularum per universam terram fuerant incolæ. Scribis itaque Exerc. c. 19. p. 39. Oportuerat enim primos illos homines, qui peccaverant impunè erga Deum ante legem, quia nullius legis divina viatoria erunt; reos fieri in reatu Adami, ut participes fierent salutis & glorie, quæ est in Christo. &c.

§. 21. Si itaque queritur, utrum ante Adamum alii fuerint homines respondes Exerc. c. 8. p. 19. *Opinione ut sèpè fit, & vulgato magis*

## CONTRA PRÆ-ADAMITAS.

83

*magis consensu, quam exquisitâ veritate credi videtur, Adamum fuisse primum omnium hominum, qui in luminis oras predierunt. Illud enim neque dicitur usquam, neque intelligent sacra & canonica pagina. Imo è contra colligitur ex iudicem, quod probare in promptu erit, alios homines Adamum antecepsisse. Et in proœmio Syst. Theol. Reperi homines trans & ultra illam imputationem peccati, qua originem traxit ab Adamo. Et System. Theol. lib. 3. cap. 4. p. 123. Probabile est Adamum & Eavam crevisse & vixisse in reliquis omnibus eadem ratione, quia homines omnes à longissimis temporibus creatos, crevisse & vixisse notum est. c. 5. p. 129. Videlicet gentiles & primos homines c. i. Genealogos creatos cum caelo & terra, cum sole & luna, temporum & seculorum patribus: in principio illo, cuius nullum datur hominibus determinatum principium.*

§. 22. Porro si quæritur undenam hæcce primorum hominum scientia hauriatur, & qvo pacto ad illorum cognitionem perveniamus, respondes fieri id posse dupli modo 1. per Suspicionem, 2. per Scripturam. E Scriptura unicum pro tua sententia de promis locum. De illo scribis in Proœmio. Sed quamvis hac animo meo insideret dubitatio; nihil tamen de illa audiebam proferre, quod non saperet receptam opinionem de Adamo primo omnium hominum creato: Donec incidi in vers. 12. 13. 14. c. 5. Epist. D. Pauli ad Romanos, quos abhinc viginti plus minus annis & mente & manibus verso. Verum ubi tandem per hos versus Apostoli scire licuit; Peccatum fuisse in in mundo, antequam imputaretur hominibus, reperi homines trans & ultra imputationem illam peccati, qua originem traxit ab Adamo.

§. 23. Sed respondemus, Paulo nunquam in mentem venisse, ut in Epistola ad Romanos scribebat, qvòd fuerint homines ante Adamum, neque ipsi esse datam occasionem respondendi ad quæstiones: Utrum ante Adamum fuerint homines alii? utrum illi peccaverint vel non peccaverint ad similitudinem transgressionis Adam? utrum ante ipsum fuerit peccatum materiale & non imputatum? Præsens itaque locus, qvo tua sententia, uti scribis, unicè nuditur, te nihil juvat, multum autem tuo nuperrimo nocet invento. Non te juvat, qvia in illo nec explicitè nec implicitè dicitur qvod sentis. Qvod non dicatur illud explicitè ipse non inficiaberis. Qvod etiam id implicitè non habeatur in tribus istis  
M 2  
versiculis,

versiculis, res ipsa nunc loquitur. Multum autem nocet tuo invento temeratio. Agit enim Apostolus ibidem 1. de peccato, quod in mundum sive in omnes Adami posteros introiit, non per imputationem, sed per propagationem sive carnalem generationem. 2. De Subjecto peccati originalis, quod nullum hic aliud esse potest, quam de quo loquitur Johannes in Evangelio c. 3, 16. Sic Deus dilexit mundum, c. 1, 29. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Sicut igitur Christus non pro aliis est mortuus, quam pro illis, qui ab Adamo descendunt, ita quoque hic per mundum non possunt intelligi homines, qui Adamum finguntur praecessisse, & originem suam aliunde traxisse. 3. De effectu peccati originalis, qui est mors corporis & animae. 4. De lege per Mosen promulgata, de illa enim, ut probavimus, erat quaestio. 5. Specialiter de hominibus, qui vixerent ab Adamo usque ad Mosen & infantibus, qui nondum peccant ad similitudinem transgressionis Adam. De illis enim dubitari poterat, quando Paulus docebat, quod peccatum per unum hominem in mundum sive in omnes homines transiisse, omnesque peccassent.

§. 24. Quæcum ita sese habent, & adeò sint manifesta, ut nemo tuæ sententiæ possit ad stipulari, in aprico erit, Apostolum non agere 1. de Lege Adamo lata, de illa enim non erat quaestio. 2. de peccato, quod in mundo fuit ante legem Adamo datam, sed peccato, quod in mundo fuit ante legem à Mose promulgatam. 3. De peccato non imputato quia (α) ejusmodi peccatum nunquam fuit, nec erit in mundo, quia omne peccatum imputatur, quando non sumus in Christo Jesu per fidem salvificam. (β) Paulus hic non loquitur de peccato, quod non fuerit imputatum, sed implicitè dicit peccatum fuisse imputatum, ut demonstret, quod ante Mosen fuerit non tantum Lex, sed etiam peccatum. 4. De Prae-Adamitis. Apostolus enim loquitur de illo temporis intervallo, quod fuit inter Adamum & Mosen, interrogatus itaque 1. Utrum ante legem per Mosen latam Adami posteri habuerint legem divinam? 2. Utrum etiam infantes peccarent? Respondeat v. 14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Mosen, in eos quoque, qui non peccaverant ad similitudinem transgressionis Adam. Illo autem temporis

temporis Ipatio, ut ipse fateberis nulli fuere Præ-Adamitæ sive homines ante Adamum creari ac nati. Quid igitur nunc supereft aliud, qvām ut qvilibet orthodoxus Theologus apertè pronunciet, qvārō, indago, scrutor Pauli epistolam, homines verò trans & ultra peccatum, qvod originem traxit ab Adamo non invenio. Scrutati sunt eam à multis retro actis seculis omnes Ecclesiæ Christianæ Doctores, nemo autem in universa Ecclesia unquam dixit: Reperi homines trans & ultra peccatum, qvod originem traxit ab Adamo. Nos igitur Spiritum veritatis sequentes dicimus: Non reperimus homines trans & ultra imputationem illam peccati, qvæ originem traxit ab Adamo. Nam qui dicit, se illos reperisse, ille nomen suum in eis profiteatur necesse est, de qvibus dicit Johannes, qvōd cum Spiritu veritatis societatem non habeant, & in tenebris ambulent.

§. 25. De suspicione, qvā probetur, alios fuisse homines ante Adamum, scribis in Proœmio System. Theologici. *Conditi orbis Epocham non duendam esse ab illo principio, quod vulgo figitur in Adamo, naturalis est suspicio, omnibus insita cognitione rerum vel mediocriter imbutis, videtur enim altius & alongissime retroactis seculis perendum illud principium: tum ex antiquissimis Chaldeorum rationibus; tum ex vetustissimis Egyptiorum, Aethiopum & Scytharum monumentis, tum ex nupere detectis terra machina partibus, tum ex regionibus illis incognitis, ad quas novissime percrebuit navigando pervenisse Batavos, & quarum homines verisimile est non fuisse ab Adamo propagatos. Illa eadem & mibi olim incidenter suspicio, cum puer adhuc vel audirem vel legerem historiam Genesios. Ubi Cainus foras egredetur, ubi occidit fratrem suum, cum essent in agro, nempe illud more Latronum caute, ne à quopiam proderetur arbitro: ubi timet, ubi fugit pñnam fratricidij: ubi denique longè à patribus suis uxorem ducit, & civitatem adficit. Sed quamvis hec animo meo insideret dubitatio, nihil tamen de illa audetbam proferre, quod non saperet receptam opinionem de Adamo primo omnium hominum creato, donec intidi in versus 12 13, 14. c. 5. Ep. D. Pauli ad Romanos. Ad hoc genus probandi tuam falsissimam hypothesin refers quoque progressum Astronomiæ, Astrologiæ, Magiæ gentilium, parte 1. lib. 3. c. 8. p. 150. De antiquitate Astronomiæ scribis c. 9. p. 154-*

Primi Astronomiae cultores observavere Planetas, septem alios alii superpositos: tum fixas & inerrantes stellas innumeris errantibus septem elatiore ad boream & austrum variis constellationum figuris distinctas. Notavere & illi sydera omnia varie oriri & occidere: Astronomicè, Poëticè, cosmicè, acronyce, & heliacè, circa planetas illos nunc istis, nunc illis horizontis locis oriri & occidere: & sub meridiano nunc altius in boream nunc humilius in austrum attollit. De antiquitate Astrologiae c. 10. p. 156. & seq. Deprehendere Astrologi rauiplici & longâ experientiâ stellarum alias esse benevolas alias malevolas &c. De constructione Sphæræ scribisc. 8. p. 151. Variis experimentis observavere primi homines, terrarum incolas diversis regionibus sicos, calidas hos, frigidas illos, temperatas alios habitare: nec non pro illâ situs diversitate varietates diem, noctium, & tempestatum illis contingere. Tum & umbras aliter his atque illis cadere. &c.

§. 26. Varia igitur sunt Suspicionum genera, quibus tu motus non dubitasti asserere, homines reperiri ab Adamo non descendentes. Nos ad illa saltem respondemus in genere, in specie verò ad singula respondeamus præsens locus non concedit: Versamur enim hic in explicatione v. 12. 13. 14. c. 5. Ep. ad Romanos. Principio autem perimus, ne frontem contrahas, neq; supercilium exasperes, quod probations tuas vocitemus suspiciones, nullam enim tibi facimus injuriam. Ipse hoc genus probandi appellas in principio processus, naturalem suspicionem omnibus insitam cognitione rerum vel mediocriter imbutis, & paucis interjectis addis: Illa eadem & mibi olim insederat suspicio, cum puer adhuc vel audirem vel legarem historiam Genesios. Si itaque suspicio nihil probat, argumenta omnia, quibus introducis homines novos ab Adamo non descendentes nihil probabunt. Neque dicendum erat, quod suspicio illa sit naturalis omnibus insita cognitione rerum vel mediocriter imbutis. Prophetæ in V. T. imbuti fuerunt eximiis Spiritus Sancti donis, & singulari divinarum rerum scientiâ. Apostoli in N. Test. à Spiritu Sancto ducti sunt modo naturæ incognito in omnem veritatem. A tempore Apostolorum Deus O. M. Viros in Ecclesia excitavit præcellentibus eosq; donis exornavit eximiis. Nemini autem illorum insita fuit suspicio naturalis, cuius ductu

five

sive instinctu suspicaretur, & conjecturam faceret, ab Adamo non omnes homines descendere, sed à longissimis retro seculis ante ipsum terram habuisse suos Cultores & incolas. Verum enim vero quid dicemus de Prophetis, sanctis Apostolis & orthodoxæ Ecclesiæ Doctoribus; Tibi quoque ejusmodi suspicio naturalis non est insita. Conceditur quidem quod per concupiscentiam originalem à natura simus proclives ad suspicandum & dubitandum. Ut autem suspicemur homines ante Adamum fuisse, nulli Christiano, nulli homini est innatum, quamvis præclaræ rerum divinarum & humanarum imbutus sit scientia.

S. 27. Ad duo autem capita suspiciones tuæ omnes possunt referri. Nam primum genus suspicionum tuarum est Theologum, non quod Theologiz principio illud sit conforme, sed quia non vereris asserere suspiciones tuas de primis hominibus è Scriptura sacra posse hauriri, & depromi. Quia in re imitaris illos, qui sacrarum literarum sinistrâ usurpatione astutè palliant & fingunt, quod nullus docuit Propheta, nullus Apostolus, nullus orthodoxus Theologus. Diabolus autem est ille humani generis hostis hereticos omnes occæcans, ut quod Spiritus Sanctus per suos Prophetas & Apostolos nobis tradidit & revelat, turpissimè depravent, & in alienam sententiam interpretentur. Ille disseminat non hereticis in cubiculo securè dormientibus, sed sacras literas curiosè volventibus, non ut ex illis edificantur, & corrigantur, sive quod verum est addiscant, sed ut inveniant, quo heresim astutè pallient, & tueantur. O si tu scires, quam astutus, quam callidus, quam versatus sit ille malorum omnium Seminator Diabolus! Sed cur nescires? Callidus fuit in two Mulæ & diversorio: Ille seminavit: tu collegisti: quale fuit semen, tales collegisti fructus. Julianum Pelagium, cum contra muros antiquissimæ veritatis novas construxerat machinas, novas molitus erat infidias, & furiosa dixerat contra antiquam fidem catholicam. Divus Augustinus alloquebatur. Dic mihi Julianæ, qua te peperit? utrum te casta, an vero mereor in lucem quam deseruisti per uteram gratia spiritualis enixa es? an ut dogmata Pelagiana defendas, Conjugis Christi & matris tue viscera instinctu nefando non erroris, sed furoris infamas? usque adeò enim con-

tra' re-

tra vetustam pulchritudinem Saræ non invenit, quod novitia deformitas mentiatur, ut toti Episcoporum gloriosorum Catholicorum in tanta sacramentum sententiarum manifestatione consensum invidiosè crimineris? quo te impetus non doloris sed perditæ pudoris abstulit, ut testimonio Apostoli pessimè adhibito, quid de Abraha & Saræ mortuis membris dixeras, confirmare soneris. Hac ratione Augustinus Julianum Pelagium hominem illum divinæ gratiæ conveniebat. Qvibus verbis autem te alloquemur, Te, cujus nomen Ecclesiæ quidem est incognitum, fructus autem sunt cogniti? Archimedes Mathematicus ille Syracusanus aliquando balneo exiliens nudus donum properabat clamitans ἐγενόμη ἐγένησα, reperi reperi: interrogatus quidnam reperisset: respondebat. Reperi furtum in corona Regis aurea, sed quid tu reperisti? Somnia reperisti, nihil reperisti. Noli itaque clamare, reperi reperi novos homines: Recordare potius balnei illius sacri, & lavaci regenerationis, quo egressus clamabas, reperi reperi: interrogatus quidnam reperisses respondebas cum Philippo Apostolo, Jesum humani generis Servatorem. Sic recuperabis, quo nihil est svavius, nihil pulchrius, nihil jucundius, nihil humano generi utilius.

§. 25. Secundum genus Suspicionum tuarum est Philosophicum, si nobis liceat usurpare vocem Philosophiæ minus commode, vel uti dici solet, impropriè & abusivè. Ex hoc principio alias suspiciones dicis esse Sphærographicas, alias Chronologicas, alias Magicas, alias Astronomicas, alias Geographicas, alias Historicas. Sed cur coacervas tot suspiciones? ajunt, te inanis ostentationis causâ illas proposuisse, ipse enim fateris, quod suspiciones illæ omnes nullam habeant probandivim, qvando in proemio System. Theol. scribis: Sed quamvis hec animo meo insideret dubitatio; nihil tamen de illa audebam proferre, quod non saperet receptam opinionem de Adamo primo omnium hominum creato, donec incidi in versus 12. 13. 14. Cap. 5. Epistole D. Pauli ad Romanos. Mitte igitur vanas illas suspiciones, qvia Paulus Apostolus nihil aliud docet, quam quod sapit receptam opinionem de Adamo primo omnium homine.

MANTISSA RESPONDENTIS  
DE STELLA MAGORUM


**M**agi (non à malefica ac diabolica arte magica; sed à magnitudine scientia, uti recte Lyranus in Comment. super c. 2. Matth. scribit, ita dicti sunt, quia Perso viros sapientes atque eruditos, vocabulo Persico Magos, ut Graci Sophos ac Philosophos appellarent) tempore incunabulorum Christi in oriente viderunt Stellam, quae novum in Iudeam natum Regem indicavit. Matth. 2, 2. Quæritur autem I. Quænam & qualis hæc fuerit Stella? Resp. Quænam & qualis revera hæc fuerit Stella, mortalibus non datum esse extricare, cum extra omnes naturæ leges in ære fuerit posita, soliusq. Dei admirandum opus procul dubio extiterit. Utrum autem sub forma Stelle, Angelus quidam divinitus sit deputatus, qui Magis ab oriente profectis, iter Bethlehem versus monstraret, sicuti antiqui sentiunt Patres, indecisum relinquivimus. Illud autem tuò possimus asserere, quod à stellarum & planetarum conditionibus longè exempta fuerit, nibilq. commercij habuerit cum illis, que in ethere lucent, siue illæ sint indigenæ sive ascititiae. Quia stellæ fixæ & erraticæ, quarto creationis die sunt creatæ. Genes. 1, 14. 16. Hec verò stella fuit opus aliquod admirandum ac prorsus singulare. Nam vidimus, inquit Magi, illius Stellam, ut indicent, ipsam anteavisam non esse: Ille ab initio condita, itinerum suorum ordinem, sub creatoris lege, custodiunt, & motu communis circa axem mundi ab ortu progrediuntur versus occasum, motu verò proprio circa axem Zodiaci ab occasu in ortum: Hæc verò circa axem mundi vel Zodiaci non movebatur, sed supra Horizontem perpetuò manebat, & tandem à Septentrione pergebat in meridiem: Ille mansionem habent in cælo: Hec in insima aëris regione est conspecta: Ille Solis splendore obscurantur, ac nocturno tantum tempore, exceptis excipiendis, splendent: Hec verò interdiu, & quidem in ipso meridie emisit fulgorem splendidissimum. Illarum motus difficile; huius verò facile fuit observatus: Ille neque kunc, neque illum magis minusq. indicant terræ locum: Hæc verò domum, in qua Salvator inveniebatur, peculiariter & a curia p̄e reliquis in civitate Bethlehem designabat. Eleganter itaque scribit Augustinus de hac Stella. Apparuit, inquit, Stella non volens, sed missa: non cœli nutu, sed divinitatis impulsu: non lege syderum, sed novitate signorum: non cœli climate, sed nascentis virtute: non ab arte, sed à Deo:

non

non Astrologi scientia, sed conditoris praescientia: non Arithmetica ratione, sed divina sanctione: procuratione superna, non curiositate Chaldaea, &c. Plura vide ap. Chrys. hom. 6. in Matth. Lyranum in Comm. sup. v. 2. c. 2. Mart. Lutherum & alios super h. locum. II. An fuerit Stella universalis, & in conspectu omnium posita, veluti insolita illa Stella, quae in asterismo Cassopea anno 1572. est conspecta? Resp. Magis apparuit haec Stella, Judai vero illam visa non usurparunt, alioquin non tam sedulo Herodes de ejus apparitione fuisse perconatus, siquidem idem a suis subditis potuisset discere. Rectissime itaque scribit Autor System. Theol. de Pra- Adamitarum hypothesi part. i. Syst. Theol. l. 4. c. 3. p. 186. seq. Stellam illam neque fuisse in celo, neque in conspectu omnium positam. Sed quomodo ipse probabit, vulgo existimari, sive vulgare & tralatitium esse, uti scribit l.c. Stellam hanc inter alias in ipso celo fuisse positam? Si enim fax illa instar gladij, qua excidium Hierosolymitanum presagibat, atque per integrum annum supra urbem Hierosolymam consistebat, ut premoncret cives illius de instantibus horrendis cladibus nisi resipiscerent, non longe remota fuit ab illius vertice. Nam alias non magis hanc, quam aliam Iudea civitatem monstrasset; obscurum sane esse non potest, Stellam Magorum non in suprema aeris regione, nedium in ipso celo conspectam esse, quia illa duce, Magi Iudeam petierunt Regem noviter natum adoraturi, & Hierosolymis edociti, tandem illum Bethlehem, precedente stante, Stella super eandem domum, in qua erat Salvator mundi, invenerunt. Obvium itaque cuivis esse potest, Stellam hanc non in celo sive in conspectu omnium fuisse positam, qui supra Magorum Horizontem intelligibilem habitarunt: Ipsa enim tum ob nimiam distantiam, nequaquam peculiarem al quam unicam in civitate domum, quasi digito monstrasset. Frustram itaque, & extra omnem rem, per hoc Exemplum probare initur Autor antea nominatus, quod non raro peccetur in lectione sacrorum codicum, quoties generalius accipitur, quod specialius debuit intelligi. Dum enim in eo est occupatus, ut suspectam reddat antiquissimam illam de Adamo primo homine veritatem, & periculosam exempli imitationem aliis prodat, nihil aliud facit, quam ut detegat suam calliditatem, & semetipsum cum sua suspecta immo falsissima hypothesi reddat suspectiorem. Reliqua dabit, bono cum D E O , publica ventilatio.








MANTISSA RESPON  
DE STELLA MA

**M**agi (non à malefica ac diabolica arte nati) scientia, uti recte Lymanus in Commentario de Astronomia et Geographia persicis Magos, ut Græci Sophos ac Philosophi cum abulorum Christi in oriente viderunt Stellam natum Regem indicavit. Match. 2, 2. Quare qualis haec fuerit Stella? Resp. Quenam & qualem, mortalibus non datum esse extricare, cum eære fuerit posita, soliusq; Dei admirandum. Utrum autem sub forma Stelle, Angelus quia qui Magis ab oriente profectis, iter Bethlehemum antiqui sentiunt Patres, indecimum relinquitum afferere, quod à stellarum & planetarum confusione, nibilq; commercij habuerit cum illis, quae sint indigenæ sive ascititiae. Quia stellæ fixæ & die sunt creatæ. Genes. 1, 14. 16. Hec verò stellæ mundi ac prorsus singulare. Nam vidimus, lam, ut indicent, ipsam antea visam non esse: Irum suorum ordinem, sub creatoris lege, cuiusmodi est axem mundi ab ortu progrediuntur versus occidente circa axem Zodiaci ab occasu in ortum: Hec Zodiaci non movebatur, sed supra Horizontem dem à Septentrione pergebat in meridiem: Illæ vero in infima aëris regione est conspecta: Illæ vero nocturno tantum tempore, exceptis excipiencis aëri, & quidem in ipso meridiie emisit fulgore, motus difficile; hujus vero facile fuit observatus lumen magis minusq; indicant terræ locum: Hec rator inveniebatur, peculiariter & accuratè pro lehem designabat. Eleganter itaque scribierat. Apparuit, inquit, Stella non volens, sed manifestans divinitatis impulsu: non lege syderum, non cœli climate, sed nascentis virtute: et



↑  
the scale towards document

Patch Reference number on UTT  
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

Magnitudine  
utib. scribit,  
s, vocabulo  
tempore in-  
m in Judæâ  
Quænam &  
fuerit Stel-  
la & leges in  
io extiterit.  
deputatus,  
raret, sicuti  
tò possimus  
gè exempta  
nt, sive illæ  
a creationis  
quod admî-  
, illius Stel-  
læ, itine-  
ranti circu-  
erò proprio  
n mundi vel  
at, & tan-  
ent in cælo:  
bsecurantur,  
lec verò in-  
m. Illarum  
c, neque il-  
in qua Sal-  
bitate Beth-  
lac Stella.  
nutu, sed  
ignorum:  
ed à Deo:  
non